

*De YTZTICPATLI frutice.
Febrifuga. Cap. XXI.*



*Ad Geranium forte pertinet hac planta,
sed repugnat radix tenera, succo plena que
obscure rubet. folium fere Cannabis. caules
etiam rubent. fructus nodo conclusus non con-
spicitur.*

*Exponere hic libuit hanc quoque Malua-
cea ut cvidetur eam regionum imaginem,
cui quamvis in autographo nomen inscriptum
non sit, a nonnullis tamen affinis predictae Tz-
ticpatli censemur. folia quidem sunt Gerani-
fera castaneus. flos luteus, pallidus, radix
crassa.*

YTZTICPATLIS, quem alij *Tecuhtlil* vocant, frutex est radicem
fundens crassam, & longam, intus canden-
tem, teneramque, plenam succo, & ex ea
stipites purpureos. folia in plures cuspides
diuisa, & has ipsas interdum sinuosas quo-
que. florem carentem, ac paruum. &
fructum rotundum, Ponticis nucibus penè
parem. Nascitur in collibus *Hoitocenibus*.
Radix dempto cortice, qui impense refri-
gerat, in lauorem redacta, aduersus febres
solit deuorari. Ius decocti eius, loco aquæ
fontanæ aut fluvialis, bibitum, cundem
vnum præstat. præter quod calidas quasvis
intemperies emendat, ac corrigit. Nec
est planta ylla apud has gentes, qua in-
extinguendo calore, maiori in pretio ha-
beatur, aut possit huic aliquo modo com-
parari.

De ATLAT ZOPILLIN, seu aquosa herba appensa. Cap. XXII.



ATLAT ZOPILLIN, aquo-
samvè herbam appensam, eum fra-
ticem vocant, qui ob loca iuxta quæ na-
scitur, & pediculos foliorum, quos simi-
les capreolis hinc & inde effundit, sic no-
minatur. alij *Atlot zopillin xochitl* idest flo-
rem *Atlot zopillin* vocare malunt. duas re-
peries huius plantæ species. alteram à ru-
beo colore rubram; alteram à paulo albi-
diore, appelles candidam. Radicem vtra-
que crassam, rubescientem, ac fibris refer-
tam fundit. caules lentos, refertos molli
medullæ, Ficulneis proximos, teretes, qua-
tuor cubitus longos, & minimi digiti
crassitudine. Vitis vinifera folia, in pro-
curso stipitum hirsuta ac rara. florem ru-
brum, & oblongum. è quo fructus gene-
rantur ternis capitulis triangulis constans,
corallorum instar rubescientibus, cibo idoneis,
ac plenis nigro semine. Temperato,
aut paulò calidiori cœlo gaudet, quale est
Mexicanum, & *Tetzcocuense*, viginotioq.

& campestris solo. Augusto mense flores erumpunt, quibus, fructuque, ac folijs
decidentibus, in annuos vlos velli solent, atque recondi. Radix frigida primo
ordine videtur, humidaq. & saliuosa natura. & ideo, aqua, vbi farina radicis,
stipitisque aliquamdiu infusa maduerit, loco fontanæ aut fluvialis epota ab his,
qui fluxum ventris patiuntur, aut quemuis alium à calida causa ortum mor-
bum, breui curat. vrinæ ardori, & retentioni medetur. nec non & oculorum in-
flammationibus.

*Qui stamina, & calicem, & flores in maluaceis diligentius inspicerit, statim
bunc fruticem eorum classi, nempe Altheæ adiudicabit. vires etiam reliquis probe cor-
respondent.*



XXX. De COCOZTAMATL, seu luteo TAMATLI
Vrinaria mirabili. Cap. XXIII.



COZOZTAMATL, quem alij Cocoztic, & Cocoztin, & Cocozli vocant, frutex volubilis est, crassum, ac pallentem radicem fundens, vnde nomen. stipites, laeves, tenues, atque rotundos. folia sinuosa, & in tres diuinae cuspides. flores candidos, modicos, illis Izquixochitl perfimes. è quibus oriuntur acini cerasiferae haud absimiles, sed colore candentes. Radix paler. & inodora est. sapor vero saliuosus. temperies mediocris, aut paululum in frigus humiditatemq. inclinans. Vrinam mirè euocat. arenas, & pituitosa excrementsa pellit. atque quicquid vrinarios meatus obstruit expurgat, & trahit. carnemq. ibidem supereret centem reprimit, si in leuorem redacta semiuincia mensura ex aliquo liquore aperiente deuoretur. & agglutinato puluere radicis ex ovi albumine, aut oleo amygdalarum dulcium, Junco Xomalli vocato, Gossippino tamen prius filo irretito circumuolutoque, atq; ita penis cavitati admoto. quemadmodum raro quodam exemplo cognitum est apud Mantuam Carpenteriam, Philippi Secundi regiam, cum laboraret Episcopus Cordubensis, qui tunc erat Conchensis praeful, & à confessionibus eiusdem Catholicae Maiestatis, grauissima quadam vrina suppressione. eo enim præsidio subditio, veluti per miraculum est liberatus, referatis vijs, vberimq. vrinæ copia penitus effusa, haud sine optima mercede artificis. cum tamen ille, neque vnde sumeretur id genus auxiliij nosset, aut quidquam aliud quam se aliosq. permulitos, à quodam Indico medico sibi id arcani seruante, ab huiusmodi ægritudinibus fuisse seruatos, atque erectos. Et quamquam sint qui contendant, non eo puluere, sed cauda Tlacuiztin animalis, cuius etiam effigiem exhibemus, evenisse, quæ eisdem morbis affectis mirabile quoque auxilium præstat; re tamen diligenter considerata, atque inquisita, inuentum est è radice huius plantæ, & non ex cauda prædicti animalis, mutuatum esse, quod narrauimus auxilium. Sunt vero qui dicant aluum mouere, ac soluere. & ea ratione Chichime capatli milceri, ad pharmacum quod vocant Chululense, componendum.



De IZTAC COANENE PILLI Volubili Diuretica.
Cap. XXIV.

YZTAC Coanene pillis, seu planta folia ferens cordis figura, volubilis frutex est, radici innexus longæ, & fuluæ. è qua proferuntur caules tenues, teretes, & virides. & in eis folia subalbida, cordis forma ferè. ac flores ex albo palestentes, & exiles. radix vnicæ vnius mensura tufa ac deuorata, febres dicitur arcere. mixtaq. Tzatc Quahuitl, aut sumpta per se, vrinam prouocat, semen retentum pellit, nec non sanguinem coactum in grumos, & lapillos. Dulcis est sapor, frigidaq. aut mediocris natura.

Cum hac planta sit congener ipsi Coanene pilli, & florum colore fere tantum differat, ibi de viribus plura videre poteris.

De COATLI, seu Aqueo serpente. Cap. XXV. Palo dulce.

Varengia polystachya. D.C.

COATLIS, quem alij Tlapalez patli, seu medicinam sanguinis cocci neam vocant, suffrutex est magnus, stipitem ferens enodem, crassum. materiae Pyri, & folia Ciceris, minora tamen, Rutaceae, sed maiora. flore luteo elanguecente, paruo & longiusculo, composito in spicas. Frigidæ est, & humeris naturæ, paululum è temperie recentis. Prouenit regionibus moderatè calidis, qualis est Mexicana, & interdum etiam feruidioribus, qualis est Quauhchinacensis. Aqua vbi stipitis eius quædam assulæ aliquandiu maduerint, quæ cœruleum paulò post contrahit colorem, renes, & vesicam epota extergit, refrigeratque, vrinæ acrimoniam temperat, febres extinguit, & cholice mēdetur. Hæc autem potentius præstat, si radices Mel adiiciantur, quamquam ventriculum laxent. quod ego in me ipso sum aliquando expertus, & aliorum etiam patuit testimonij. Aliunt quoque gummi eius, oculis inflammati opulari, ex crescentemq. in eis carnem extergere. Cœpit iamdiu id lignum deferi ad Hispanias, vbi lignum Nefriticum appellant, aquamq. sic parant. Lignum assulatum concisum, in optimâ aqua fontana maceratur, & in ea relinquitur, donec aqua à bibentibus absumpta sit. qua sumpta, altera iniecitur. rotiesq. repetitur, donec aqua cœruleo inficiatur colore, dimidiaq. hora post iniectionem lignum, cœruleum aqua contrahit colorem dilutiorem. qui sensim pro tempori ratione intenditur, ita ut miraculum spectatoribus appareat. Est & *Contii II.* inficiens.

Lignum est Nephriticum aquam cœruleo colore tingens, cuius iam iam crebrior usus non solum apud Hispanos, sed etiam Italos Medicos.

E genere leguminum est colligitur, non tantum ex folijs Ciceris, flore luteo, sed ex eo quod apud nos Genista vim habeant ad calculum pellendum, & reliqua fere omnium leguminum genera.

Monardes huius etiam meminit cap. 27. vocans lignum ad rerum affectiones, & vrinæ incommoda. apud quem idem aqua parande modus.

*De Ç AÇ APIPILOL XOCITL, seu herboſo, ac
pendente flore. Cap. XXVI.*



AÇAPIPILOL XOCITL, quem alij *Pipilol xochitl* vocant, frutex est folijs *Mentha*, minimè ferratis, floribus coccineis, longis, *Periclymeni* figura, binis candidis apicibus, è singulis intrinsecus prodeuntibus. ad cuius species fortassis pertinet, quamvis viribus differat. Nascitur in calidis *Tzitzoluce* collibus. Frigida, humidaq. temperie constat. cortex radicis semivincia pondere deuoratus, placat febres.

Flores huius *Periclymeni* ex luteo rubri sunt depicti. & quoniam Auctor scribit eius semivinciam febrium accessus placare, necesse est ut si calidi temperamenti, sicut & reliqua *Periclymeni* genera, Non dum enim compertum est, à frigidis & humidis medicamentis, nisi magna quantitate sumptis, ut sudorem mouere possint, vel vomitum, febrium paroxysmos sedari, ut vel ex nostro. Autore sepiſimē videtur licet.

*De CHVPIRI, seu CHARAPETI, aquam rubeo colore tingente
Arcano Venerei morbi. Cap. XXVII.*

FRVTEX est *Chupiri*, radici insistens crassæ, & longæ, externa parte pallescenti ex albo, & interna ex albo & luteo purpurecenti, vnde nomen. Prodeunt ab illa stipites, multiq. rami tenues, prolixii, exaturati viroris, & vergentis in colorem cœruleum, teretes, laeves, ac referti mali *Medica* folijs, maioribus tamen, & luteis ac stellatis floribus. sapore, & odore insigni caret. Nascitur in calidis *Michuacanibus*, aquosis, & humidis locis. Sicca, & adstringenti constat natura. Habent hanc plantam indigenæ in magno pretio, eiusq. vires in arcans recondunt (quas tamen magna cura atque diligentia, ab illis extorsum) affirmates, plantas reliquias *Michuacanenses*, in sedandis à morbo Gallico ortis doloribus, facile superare, ac vincere, curandisq. neruorum affectionibus, scabie, atque alijs pernicioſis, ac rebellibus morbis, & qui leuioribus medicamentis non cedant, si radix vnius vinciae pondere recipiat, aquæ vero bini congij, ferueantq. ad ignem donec tertia pars ablumpta sit. iusq. decocti eius, semifilibra mensura, quotidie sorbeatur. eadem victus ratione infusa,

tuta, quæ *Guaiaci* decoctum assumentibus praescribi solet. Idem decoctum, medetur præter naturam tumoribus, ulceribusque, & ceteris symptomatis ex eadem lue profectis. & potatum, & illatum, tumores capitii & brachiorum discutit, dyenterias compedit, excitat appetitiam, & impinguat extenuatos.

De CVRA QVÆA seu Brasilio Hispanorum. Cap. XXVIII.

QVAM *Curaquam* vocant *Michuacanenses*, & *Mexicani Quamochitl*, & *Vitzquahuitl*, & *Hilpani Brasili*. folium solent nuncupare, frutex est spinosus ful. furculosis candidisq. insistens radicibus. vnde de profert stipites, extra fuluſcentes, ac intra tubeos, contortos, refertosq. folijs corollis feræ figura, sed mucrone appendentibus, frequentibus interuenijs insignibus, & dorso oblique procedentibus in latera. Nascitur in frigidis *Michuacanibus*, campestribus ac montis locis, vbi offenduntur dux alia ipsius species, quarum altera

Pinguica, altera vero *Vxuqua* nuncupatur. II. *Pinguicula*. Sapor est adstringens, frigidaque ac sicca tempuries. Tingunt eius ligno fila coccineo colore. est enim persimile arbori quam vocant *Santalum*. Ius decocti eius primò fit fuluum, deinde rubescit. quod si amplius decoquatur, cogitur in purpureum pigmentum, aut, si misceatur alumine, in rubetum, & decolorat. III. *Vxuqua*. Refrigerat hæc arbos, febrem extinguit, adstringit, & roboret.

Fructum luteum Eriæ similem in libro suo depinxit author. longè aliam Plantam Brasiliæ nomine describit herbarium *Lugdunense* lib. I 8. cap. 82. ex *Theuento*. arborem tempe magnam, folijs *Buxa* similibus, cuius etiam ligni magnos truncoſ apud nos videbatur.



De QVAVH TLEPATLI Ocyminolia. Cap. XXIX.

FRUTEX est Quauh tlepatli radici annixus crassæ, lignosæ, rubræ, & fibratæ. ex qua proferuntur stipes fruticosi, atque ligneæ naturæ, folia Ocymi ferrata, flores è candido rubescentes, in supremis ramulis aceruatim congetti, verticillorum fere modo. Prouenit in locis campestribus Xoxotla. palisper frigida temperaturæ, siccæ, & adstringenti constat natura. Ius decocti eius curat quosuis dolores haud aliter ac illud Guaiacani. Chine, aut Zarza parilla. quindecim, aut pluribus diebus, si ita expediat, maturino epotatum dysentericis magnopere confert, & qui busuis alijs defluxionibus cohibendis. Vene foliorum rubra sunt in hac planta, flores rubri in luteum vergunt colorem.

De QVAVH TLEPATLI II.
Volubili Limonifolia.

Cap. XXX.

QVAVH TLEPATLIS frutex est stipes fundens volubiles, & fuluos, folia Limonis, floræ carentem, & modicum, radicem surculosam, fuluamque, longam & crassam. cortex radicis, qua frigidæ est, & adstringenti naturæ, redactus in pilu rem, atque appositus, medetur eruptionibus, quæ in Gallica lue solent oriri. idem præstare dicitur deuoratus duarum drachmarum pondere, atque ita fugare infec tiones cutis omnes. Nascitur in calidis Texaxahuacensibus, vbi in maximo habetur præcio ab indigenis ad prædictas agritudines exterminandas.



De XIVH COCOLIN, seu planta Contorta. Cap. XXXI.

XIVH COCOLIN frutex est Hoitzensis, stipes ferens tenues, teretes, perquæ magna interualla geniculatos, squalientes, & hispidos. folia rara, magna, ex parte altero latere vnico dissecta sinu, hirsuta, & carentia, sed præcipue inferne, oblongaque & Faseoli flores. radicem magnam, è candido vergentem in fuluum. Nascitur in calidis collibus, & campestribus locis. sapor radicis subdulcis est, & quadantenus leguminis, frigidæq; & adstringentis temperiei. cortex eiusdem leuigatus, & bis in die duarum drachmarum pondere deuoratus ex aqua, vomitum præcipue puerorum compescit. medetur ulceribus oris, ac pudendorum. radicis succus, ac flos ex lacte, mirabiliter confert oculis.

De PINAHVIHVIZTLI, seu herba verecunda. Cap. XXXII.

PINAHVIHVIZTLIS; quam alij (quoniam inducat somnum, soporemq; capiti imposita, aut quia tacti dormire videantur) Cocochiatl vocant, frutex est quatuor dodrantes longus, stipes tenues, spiniferosq; ferens, ac folia falcata per interualla sena, ac manipulorum forma sibi inuicem coniuncta, haud dissimilia illis Tchixochitl, radicem surculosam, flores vero, ac fructum forma erinaceis, primo viridibus, ac mox fuluis racematis dependentibus persimiles. Nascitur in calidis Tepoztlanicis Quauhitlani quoque & Huetlalpe, & in collibus Yacapithl. Amorem dicitur conciliare. folia saponem Raphani quadantenus referunt. frigida constat, siccæq; & adstringenti natura, necnon & glutinosa. succus radicis medetur tertianis febris, oculis inflammati, somnumq; inducit; cortex vero ventris fluxibus. Hic est frutex ille, cuius folia ad quemvis hominis attactum, flatumq; contrahuntur, iungunturque inter se, atque marcescunt. hunc eundem esse existimo, aut eius congenerem, quem Insularum Philippicarum coloni, plantam sentientem vocant. de qua scribunt (vera an falsa necio) nonnulla, quæ in hac proueniente prædictis in locis, vera esse nequaquam experimur. veluti est stipes rectos proferre, pennæ gallinaceæ crassitudine, ex singulis radicibus denos, duodenosq; quorum unusquisque duodenis ornatur folijs diuisis in quatuor ordines, duarum vnciarum inter se distantes interuallo. foliaq; esse Loto urbanæ similia, flores cyaneos, Linguae similes passarinæ antequam hiant, hiantes ve-

Philippi
caru her.
ba mimo
fa Acofe

rò in terna diuidi folia modica . adeo offendit attacu, flatuq; hominum , vt atrectata digitis ultima foliorum serie mœrem quandam præferat, atque saporem , statimq; decidere reliqua folia , manentibus solis superioribus , quæ si rursus dito tangantur , pariter decidere . quin stipites , qua parte atrectantur , rumpi , ac in terram procidere , nigrefcente incisa parte , veluti si igne fuisse combusta . quin si flatu hominis perficitur , totum procidere , ac rumpi . neque hoc euēnire si ligno , baculouè , aut aliter tangi contingat , sed sola humana manus , aut spiritu . insipidam esse , nec villa quo ad medicos , v̄lus spectat polle re vi . Plantam etiam narrant nasci Maluari , quæ similiter ad manus contulere . Plantam etiam narrant nasci Maluari , quæ similiter ad manus contulere . Plantam etiam narrant nasci Maluari , quæ similiter ad manus contulere .

III. Maluaria herba viva A. costata.

IV. Peruina.

Huius leguminis iconem exhibuit Clusius in notis suis ad Acostam cap. 56 . nomine herbe Mimosæ , quæ missa fuit ex Insula diu iohannis à portu diuise . ubi etiam fructum erinaceis similem depingit , & totam plantam huic nostræ eandem diligenter describit .

Herba Mimosæ Acosta orientalis videtur differre à priore , cum saporem Glycyrrhiza habeat . quamuis & loci diversitas eam efficere possit differentiam .

Maluaria Auctoris planta desribitur ACOSTA cap. 55 . & Herba Viva nominatur . estq; similiter è genere leguminum , & prædictis cognata .

De MEXOCHITL , seu Omexochitl . Cap. XXXIII .

FRVENTEX est Mexochitl , hominis altitudine , fibratis radicibus , folijs malii Persicæ paulò majoribus , floribus paruis , comantibus , & ex luteo rubescutibus , & siliquis Chilli similibus , sed luteis , procedentibus secundum longitudinem . odorem spirat grauem , acremque . Prouenit Huculapæ in humectis vallibus , aut collibus . folia contusa deuorantur aduersus venenatum animalium mortis . excitata enim vomitione vulnerati solent restituiri in pristinam salutem . eadem verminosis ulceribus applicata , noxia animalia fugat , atque necat .

An Apocyni quadam speties ? nec enim facile inter legumina comam inuenias , nec inter Solana fatorem cum acrimonie , & vi emmetica .

De ATLINAM , seu Frutice iuxta flumina aquasue prouidente . Cap. XXXIV .

ATLINAM frutex est stipites ferens plures , & in eis folia in longum producta , angusta , subalbida , ferrata , hirsuta , & fere saligna . flores candentes , & magnos . radicem crassam , & surculosam , quæ castaneas inuteratas sapit . folia , quæ odora sunt , resinam . Nascitur in calidis Quaubnahucensibus prope riuos & flumina , campestribus , ac planis locis . herba verò tota calida , & sicca constat natura . folia pugilli mensura tula , & matutinò deuorata , febres

febres finiunt , vacuata supernè atque infernè pituita , & bili citra molestiam villam purgata . Infunduntur eadem paulò maiori pondero , ac per inferna humores prædictos trahunt .

De IZONTECPAT LI , seu vulnerum medicina . Cap. XXXV .

IZONTECPAT LIS suffrutex est stipites proferens farmentosos , tintos virore exaturato , teretes , tenues , & prolixos , & in eis folia Ocyti , sed non ferrata , radicesq; fibratas . Prouenit Tenampulci , seu editis seu planis locis . Germina concila lac affatim stillant , quod impositum recentes glutinat plagas , ac breui ad cicatricem perducit . Idem tertio ordine calefacit , & excitat : acriq; est , & amari saporis .

Tithymalis sine dubio adscribenda hec planta . lac enim ex Ichoraceis , & Campanulis effluens , acre & amarum non est , sed vel dulce , vel amarum . correspondet etiam exaturatus viror , Esularum etiam natura suffruticis .

De BVTIOBVRIO . Piperis longi prima specie . Cap. XXXVI .

FRVENTEX est Bujobuyo vocatus in Philippicis Infulis Sines . species est Piperis longi , apud hanc nouam Hispaniam proueniens , folijs oblongis subalbidis , desinentibus in acumen , & acribus gustu , fructuq; Piperis longi , acriore tamen , & odoratiore . Nascitur in humidis locis Philippicarum inlularum , seu mediterraneis , seu maritimis , & apud nouos quoque Hispanos . V̄lus præcipue est foliorum . Involuunt siquidem vnius folij portioni dimidiae quintam vnius glandis Bahæ adhuc tenera (de qua inter species nucum Lydicarum sumus locuti) calce conspersam ; gestantq; oré , & sic ferunt corpus nutritri , cerebrum , & ventriculum roborari , iuvari coctionem , firmari dentes , sedari eorum dolores , pituitamq; illos erodere solitam arceri , carnem exhaustam iuxta corum radices instaurari , ac labia contrahere roseum colorem ruboremq; , ingratum oris halitum fugari , & commendari iucundum . de eius speciebus , viribus , & v̄su , latius in sequenti capite tractabitur . vires namque & v̄lus narrati in noua Hispania ignorantur .

Huius Piperis meminit etiam Monardes c. 58 . de Pipere . & fructum depingit similem Piperi longo , vel Spica Plantaginis . illi insinuata supradicta , unigillo



De TЛАTЛANGVAYE. Piperis longi planta, alijsq; eius generibus.
Cap. XXXVII.



Piperis longi planta, quam Philippicarum Insularum coloni: *Buyo*, & *Sabian*; Mexicanos vero, apud quos nascitur etiam *Tlatanca*-
yo, & *Ecapili* appellant; frutex est stipites volubiles proferens, & farmentosos,
& in eis folia *Piperis nigri*, longiora tamen, & acuminata, ac fructum tere-
tem, longum, *Piper longum* vocatum; folia sunt gustu odorata, acri sapore,
calidaq; & sicca ordine tertio temperie, partiumq; subtilium, fructus nullibi
plantae sua appendens eam assequitur perfectionem, quæ necessaria est, ut
commodo recondatur; ideoq; immaturus, & in fuluum colore inclinans
colligitur, spansusque exponit soli, atque ita in vlt; seruatur. Virens editur,
neque ingratum præbet alimentum, aut nimis acre. reconditus vero fercula
commendat, dum tamen ignem non experiatur. Statim enim decoctione
vim, atque saporem amittit. Cortex stipitum redactus in farinam ac deuora-
tus, arram bilem apte expurgat, & venenatis plagiis præclarri alexiterij vices
præbens medetur. resolutis neruis, aut conuulsi, auxiliatur. flatus discutit, &
alios huiusmodi morbos ortos à frigore, crassifive & lenti humoribus, pro-
fligat. Tres apud hanc nouam Hispaniam huius plantæ differentias adhuc of-
fendi, cum quinque, aut plures, audiam apud Philippicas Insulas esse repartas,
quarum stipites ad nos sunt missi. nam preter *Buyobuyo*, de quo præcedenti
capite dictum est, & eum de quo in praetenti capite sumus locuti, alias tres nu-
merant,

Piperis
species
II.

merant quatuor postremam *Buyofamo*, seu *Simplici dictam*, *Buyo quamfissillimam* fructu esse ferunt; distare vero odore graui, perforatis folijs, & faniosis, acriquo, & adstringenti sapore. Alias vero duas à *Buyo* prædicto affirmant dif-
ferre foliorum paruitate, & asperitate, ac præcipue minorēm. Major enim ma-
jora proferit folia, cetera similis, gustu *Piperis nigri*, ac præcipue radicis, fru-
ctus autem *Piperis longi*, tenuior tamen, & acrior. Minor vero minoribus con-
stat folijs, & ipse frutex minor est. folijs sapore, & odore carent. radix nigra
est, cortex mellini coloris, lexis, fungosus, acris, & robors; Radices horum
binum generum propinuant aduersus venenatas potiones, veluti alexipharmacæ drachmæ vnius mensura, in lauorem redactæ, & ex aqua nucis Indice re-
soluta, aut vino Palmarum recenti. Subueniunt etiam ventriculi frigidis affec-
tionibus ex iure decocti Chamæmeli, ortisq; ex crassis humoribus, quos per-
coquunt roboro etiam ventriculo. subueniunt ijs qui coire nequeunt ob ve-
nifica, additis præcipue alijs ad eundem vsum pertinentibus. Affirmant Mea-
xicenses, qui etiam *Tlatlanquaye* vocant, *Quauhyauuli*, & *Temoçotl* oriri in
locis calidis passim iuxta aquas, septa, & saxa. succumq; radicum, & germi-
num expressum, epotum aut infusum, aquam intercurem vacuare. Ius vero
decocti crurium cedemata, aut congestos pirituosos humores discutere. men-
strua etiam euocare, & flatus, ab eisq; ortum dolorem tollere. folia imposita
ulceribus mederi, præcipue venenatis, dolores è frigore, aut lue venerea pro-
fectos lenire, fauicium tumores discutere, & quosvis alios, sed præcipue adie-
cta *Cenelia*, impeditum motum restaurare, euocare sudores, neruorum resolu-
tioni mederi, & convulsioni suffici, iuuare epilepticos, ac pellere rigores,
& frigora.

De *Piperis longo multa* scribit *Garcias lib. I. arom. cap. 22. robi Clusius* eius genu-
nam proponit imaginem, quam sigillatum describit lib. I. cap. 20.

Guilardinus non male *Piperis* fruitem ascribit *Hedera*, cui & figura, & vi-
res respondent, præsertim purgatoria, & diaphoretica, que in omnibus fere aroma-
tibus reperiuntur.

Differet figura Authoris nostræ ab Icone *Clusij*, quoad stitu foliorum. *Clusius*: unifo-
lio unum semper opponit folium, sed Author non bina semper habet ex opposito folia, ita
ut ex ala folij fructus enascatur. Quæ differentia forte nata est ex differentia quin-
quespecierum, quæ hic proponuntur.

De *EZPATLI QVAVHNAVHACENSI*. Sanguinis medicina.
Cap. XXXVIII.

EZPATLI QVAVHNAVHACENSIS, quem alij *Quauherzili*, seu medi-
cinam, sanguinis vocant, frutex est folijs Verbasci obrotundioribus, hir-
sutis, pinguisibus, mollibus, & cordis penæ figura: manat incisa sanguinem,
vnde nomen: odorem Stoçchadis grauem præfert. Cortex est calidus gustu,
odorus, resinosis, siccus, arque adstringens, & demum amarus. Secundo ordi-
ne calefacit, aut amplius. Ius decocti radicum, quæ rubra sunt, & surculosa,
infusum, aut potatum, medetur dyfenterijs, ac veteribus plagiis stillans è præ-
fractis

128 RERVM MEDICARVM NO. HISP.

fractis liquor. Nascitur in regionibus calidis , quales sunt Quauhauhacenses , Temixcenses , & Tewhaltzincenses , vbi eam conspeximus iuxta saxola loca .

De C E V A L C H I C H I L T I C , seu vite sylvestri , Lambruscauē indigena .

Cap. XXXXIX.

PROVENIVNT apud nouam Hispaniam Lambrusca , Vitesq; sylvestres multis in locis , nec tamen ad nostra usque tempora ab hac gente excultiz; ac seorsim , seu serie aliqua plantata . vsum enim Bacchi non nouerant , eti alij vini generibus libertissime non modo explererentur , sed inebriarentur , neque parcant hodie nostrati , sed audissime hauriant . Fruetus est crassiusculus , purpureus , duriore callo , immritis , gratus tamen , ac dulcis , & qui (vt coniecto) mitesceret cultura , cetera nostris Vitisibus similes , frigida , siccaq; natura , folia , ac palmites , & adstringenti constant . appetitiam excitant , impetigines curant , tumores repellunt , calorem nimium extinguunt , oculorum inflammationem accent , febres placant , ulcerum leniunt dolorem , & sanient exiccent . Sunt qui Xocamecatl vocent , seu acidum funem , tum ob saporis genus , tum etiam ob palmites sese vicinis arboribus conuoluentes .

De H V A P A H V A L I Z P A T L I , seu Convulsionis medicina .

Cap. XXXX.

H V A P A H V A L I Z P A T L I frutex est , hominis , & quans altitudinem , ferens stipites , ac ramos scabros , magna ex parte nudatos folijs , que longiuscula , & angusta sunt , flores vero exiles , ac pallidi , calicum forma . Nascitur Hocitlapa editis , ac campestribus locis . Ius decocti , cuiusvis partis vniuersitate , propinatur mane , vesperijs , tepidum , quinum aut plurimum , si opus sit , dierum spacio ad motionem amissam restituendam . Frigida , siccaq; temperie constare videtur . nam sapore , & odore caret . Quamobrem conueniet , hos effectus praestare proprietate quadam occulta , aut siccitate , & adstrictione , quod multis alijs medicamentis huius Orbis videmus euenire .

De Y L L A M A T L A N T L I , seu dentibus retule . Cap. XL.

FR V T E X est Yllamatlanti nomen habens à spinarum cum dentibus vetularum similitudine . stipites producens teretes , hispidos , & in luteum colorem vergentes , præcipue ea parte , qua sunt teneriores . folia vitiginea , nervis intercurlantibus , qui ex pallido rubescunt , sed hirsutiōra , & minora . flores albos , in luteum etiam colorem inclinantes . fructum acinosum , toto caulis proculsum racematum dependentem , primò viridem , ac postea luteum , referunt candidis nucleus , multis , parvisque . Amarum est sapor , ac vis calefaciens , & adstringens . Nascitur in calidis , frigidisq; regionibus , conuallibus tamen , campestribusq; locis , & humectis . folium unicum resolutum ex aqua , aque epotum , medetur satietati . & eodem modo , vacuata caufa , febri . aut si sola

NARDI ANT. RECCHI LIB. IV. 129

pugilli mensura macerentur ex aqua , & liquor epotetur . Aluum nempe leniter subducit . admouetur capitibus puerorum inflammatis refrigerij gratia . modicus est enim eius calor .

De T A M A N C A P A T L I , seu medicina temperata . Cap. XLII.

FR V T E X est Yamancapatis stipites ferens lentos , ac succo manantes , crassos , fuscos , lauesque , vnde non exoriuntur ramuli , sed qua parte produent sebros , atque geniculatos , & in eis folia Portulacæ , sed qua se necetutis tempore trifurcentur . radicem crassam fibratam , & longam . quavis parte iactus incisusq; liquorum fundit glutinosum , odorem , saporemq; T ecopalli , patruje Thuris referentem . Nascitur Mexici , vbi firmum habent mederi radicis puluerem ulceribus putridis , cachoefibus , atque cancerosis . Prouenit etiam apud Panucenses . calida , sicca , odora , & adstringenti natura constat : aiunt , fructis huius liquorum firmare dentes , mederi dolori gingivarum , vstitutione , & articulorum imbecillitati , deuorata qualibet radicis mensura , & laxatis vertebrarum dorsi compagibus opitulari .

De X I O P A T L I , seu lepra medicina . Cap. XLIII.

XIOPATLIS suffrutex est , stipites habens multos , laues , teretes , atque virentes , digitali crassitudine , ac quaternis prolixos cubitis , in eis vero Mori folia , longe tamen ampliora , aspera , & ferrata . radices lignosas , furcolas , multas , candentes interne , externe vero fulvescentes . Nascitur Hocitlapa humidis locis , montiumq; fauibus iuxta aquas . frigida vetera , siccaq; temperie constat , glutinosa , ac nonnihil adstringenti . Tusa folia , illataque , lepram & lycenas curant , atque absument . præcipue si ægrotus duatur in balneum post huiusmodi adhibitam curationem , quam Indi vocant Temazcalli .

De T E N A M A Z N A N A P O L O A . Cap. XLIV.

FR V T E X Tenamaz nanapoloa , ab alijs Tenamazton , & nonnullis Tlamat dictus , radicem fert magnam & surculosam . folia Saluie forma , longa , & angusta , obtusa , terna , subalbida , & aspera . florem leguminis purpurecentem ex candido , in corymbi formam compositum , & fructum racematum dispositum , obrotundum , Nucum Ponticarum forma . Nascitur vbi que in calidis . Frigida , sicca , & adstringenti temperie constat . & ideo liquor defluens ex germinibus tenuioribus , instillatus medetur oculis , si inflammatione tententur . adhibetur tumoribus præter naturam , ac febres extinguit .



*De TLACOTE QUILIZPATLI,
seu medicina incisa sudis.
Cap. XLV.*

TLACOTE QUILIZPATLI frutex est stipites multos fundens, binas spithamas lôgos, lignos, teretesque, & in eis folia Origani, ferrata. flores verò modicos, candentes. radicem longam, ac minimum digitum crassam, ac lignosam. Nascitur in cacuminibus montium frigidorum Misticæ superioris. Calidus est, & siccus ordine quarto. acris, resinosis, glutinosusque, gustuque impense odoros, resipit aliquantulum Coriandrum. Ius decocti eius medetur pectoris morbis, flatum discutit, aluique, ac ventriculi lenit dolores.

De XALQVAVHITL stipite punctato. Cap. XLVI. **X**ALQVAVHITL suffrutex est sarmentosus, stipites ferens geniculis interceptos, punctisq; distinctos, vnde nomen. folia Piperis longi folijs perquam similia. odora est & *Tlantacuay* hac in re quoque similis, adeo ut illi prorsus videatur congener. calida ordine quarto, siccissimæ, constat natura. Ius decocti eius exhibetur enixis corroborandi, flatum discutiendi, & menstruorum euocandorum gratia. ac satietati medetur.

De MINTZINTZIN. Cap. XLVI.

FRVTEX est Mintzintzin stipites fundens fuluos, quaternis prolixis cubitis, folia Persici, atque albos flores. Nascitur in montibus temperatis Vruapæ prouinciae Micuacanensis. amara est planta, odora, gustu non nihil acris, calidaq; & sicca ordine tertio. folia tusa, atque illita ventri, intellina à vitiatis emundant humoribus.



RERVM MEDICARVM NOVAE HISPANIAE NARDI ANTONII RECCHI Liber Quintus.

ACRES HERBAS HABET.

IOANNIS TERENTII LYNCEI PRÆFATIO.



VANDO QVIDEM cum Autore nostro Arbores in Sylvis, Frutices in Dumetis, Suffrutices in Frutetis conspezimus, superest ut montes confendamus, ad valles declinemus, Hortos perambulemus, Prata peragremus, Agros adeamus, ad Paludes properemus, & ut unico dicam verbo ad mare illud magnum HERB ARVM nos conferamus, in quo plenis velis cum Autore nobis nauigandum fuerit. Tertium inquam plantarum genus, illudq; abundantissimum quod in HERBIS suum est pertractandum venit. Siue enim iumentis pasca parare, siue hominibus escam subministrare velis, siue sanos iucunditate odorum delectare, siue egros suavitate saporum refacillare malis, HERBÆ uberrimam segetem & terrum eliges tibi suppeditabunt. Quare mirari desues ubi tertiam operis huius partitionem amplissimam intueberis, que MEXICANI orbis Herbas complectitur. in quibus infinita serme figurarum appareat varietas, copia sa facultatum eluet utilitas, & pulcherrima effectuum se prodicat.

Quae quidem tractatio cum sit varietate specierum amplissima, necessario in partes quasdam secunda fuit, ne vel omnium confuso nauigiam legenti pareret, vel nimis crebra